

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Venia f
cum fonte primo

Negligens inimicicias finire obliuiscitur;
pertinax ueniam non uult concedere
cum rogatur. Superbus uerecundus
ueniam petere dedignatur. Hiis
tribus inimiciciis uiuunt homines, sed
animas in quibus non moriuntur,
occidunt. Vigilet contra negligentiam
memoria, contra pertinaciam
misericordia, contra superbam
uerecundiam submissa prudentia.

Augustinus in sermone de quadragesima.

Negligens inimicitias finire obliuiscitur;
pertinax ueniam non uult concedere,
cum rogatur; superbe uerecundus
ueniam petere dedignatur. Hiis
tribus vitiis inimicitiae uiuunt; sed
animas in quibus non moriuntur,
occidunt. Vigilet contra negligentiam
memoria, contra pertinaciam
misericordia, contra superbam
uerecundam submissa prudentia.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*,
209, 1 (PL 38, col.1046).